

# Grenzveränderung bei der Errichtung des Bistums Essen

Apostolische Konstitution *Germanicae Gentis* vom 23. Februar 1957

in: AAS 49 (1957) 993-995; KA 101 (1958) 1-3, Nr. 1

## PIUS EPISCOPUS

servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam

Germanicae gentis fidem et religionem, quam vivacissimam fuisse per saecula tot templa, tot opera, tot maiorum instituta testantur, hodie, post lugenda discidia et vicissitudines superiorum saeculorum, flaute Dei numine, nova cepisse incrementa omnibus apertum atque manifestum est. Hac de re, qui altissimi Dei voluntate universae Ecclesiae summam habemus in eamque administrandam omni studio incumbimus, censemus Nos optime esse acturos si in christiani populi commodum ibi novam dioecesim condamus, detractis a quibusdam Ecclesiis certis territoriis et urbibus. Quaecum ita sint, inita inter S. Sedem et Civitatem vulgo Nordrhein-Westfalen die undevicesimo mensis Decembris anno millesimo nongentesimo quin-quagesimo sexto pactione iuxta normam articuli 2, 9 conventus Prussici, de consilio venerabilis Fratris Aloisi Josephi Muench, Archiepiscopi Fargensis atque in Germania Apostolici Nuntii; de sententia dilecti Filii Nostri Josephi S.R.E. Cardinalis Frings, Archiepiscopi Coloniensis, atque venerabilium Fratrum Laurentii Jaeger, Archiepiscopi Paderbornensis, et Michaelis Keller, Episcopi Monasteriensis; post rem bene consideratam, consensumque suppletum eorum qui in hac re aliquid iuris habeant, de Nostra summa et apostolica auctoritate ea quae sequuntur decernimus et iubemus.

A territoriis quae Ecclesias Coloniensem, Paderbornensem, et Monasteriensem efficiunt, urbes seiungimus quorum sunt nomina apud populum: Bochum, Bottrop, Duisburg, Essen, Gelsenkirchen, Gladbeck, Lüdenscheid, Mülheim, quae est in regione Ruhr, Oberhausen, Wattenscheid; item rurales circumscriptiones vulgari lingua Altena ac Ennepe-Ruhrkreis, exceptis tamen oppido Herdecke et urbe Wetter in regione Ruhr. Ex his autem terris novam dioecesim condimus, quae ab urbe Essen *Essendiensis* appellabitur; in qua civitate Episcopus sedem ac domicilium habeat, cathedra episcopalis magisterii in templo S. Joannis Baptistae, in eadem urbe, collocata, quod templum populus Münsterkirche nominare consuevit. Novam Sedem Essendiensem metropolitanae Ecclesiae Coloniensi suffraganeam facimus, eique omnia iura, honores, privilegia concedimus, quae solent omnibus iuri Sedibus eiusdem dignitatis; sive vero primo Episcopo, cui credetur regenda, sive eius successoribus, etiam onera imponimus quae excelsam atque egregiam horum Praesulum dignitatem comitantur. Qui sacrorum Antistes magna cura et diligentia Seminarium exstruat, pueris excipiendis atque educandis, qui sacerdotalia munia olim obire cupiant: sunt enim spes Ecclesiae quorum opera Evangelii lumen hominibus illucescit. Quod scilicet iuxta leges iuris communis fiet iuxtaque normas

S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Canonicorum quoque Collegium constituatur; quod si statim fieri non possit, consultores dioecesani interea deligantur, qui Episcopo assint sive sacris operanti, sive de rebus dioecesis gravioribus deliberanti. Quod ad regimen, administrationem, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, aliaque huiusmodi, in his omnibus iuris Canonici iussa efficiantur. Ea vero cleri pars quae, divisione peracta, in nova Sede legitimum habeat domicilium, eidem tamquam proprius clerus putetur adscripta. Documenta et acta quae ad Essendiensem circumscriptionem quovis modo respiciant, ad eius Curiam episcopalem quam cito mittantur, in tabulario religiosarum rerum magna cura asservanda.

Quae tandem per has Litteras mandavimus exsequenda studebit venerabilis Frater Aloysius Josephus Muench, cuius meminimus, vel quem ille delegaverit, factis potestatibus ad id necessariis factoque onere fines eius dioecesis enucleate subtiliterque statuendi, quantum fieri potest iuxta terminos natura definitos. Cum vero negotium perfecerit, exactae rei documenta exarabit, quibus descriptio imagoque contineatur tabularum, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si astenderentur.

Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subituras iis iure statutas, qui Summarum Pontificum iussa non fecerint.

## **Übersetzung**

### **PIUS, BISCHOF**

Diener der Diener Gottes, zum ewigen Gedächtnis dieser Angelegenheit

Die große Zahl von Gotteshäusern, frommen Stiftungen und Institutionen aus alter Zeit legt Zeugnis davon ab, wie lebendig Jahrhunderte hindurch der Glaube und der religiöse Eifer des deutschen Volkes gewesen ist. Es ist allgemein bekannt, dass diese Haltung heutzutage nach den beklagenswerten Spaltungen und Wechselfällen der vergangenen

Jahrhunderte mit Gottes Hilfe eine Steigerung erfahren hat. Aus diesem Grunde haben Wir, die Wir nach dem Willen des Allerhöchsten die oberste Hirtengewalt der Gesamtkirche innehaben und mit allem Eifer ihre Leitung Uns angelegen sein lassen, es für angebracht gehalten, dort zur Wohlfahrt des christlichen Volkes eine neue Diözese zu errichten, und zwar in der Weise, dass von anderen Bistümern gewisse Landstriche und Städte abgetrennt werden sollen. Zu diesem Zwecke ist zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Land Nordrhein-Westfalen am 19. Dezember des Jahres 1956 gemäß dem Artikel 2,9 des Preußischen Konkordats ein Vertrag geschlossen worden, und der Rat Unseres Ehrwürdigen Bruders Aloisius Joseph Muench, Erzbischofs von Fargo und Deutschen Nuntius, sowie die Stellungnahme Unseres geliebten Sohnes Joseph Kardinal Frings, Erzbischofs von Köln, und der Ehrwürdigen Brüder Lorenz Jaeger, Erzbischofs von Paderborn, und Michael Keller, Bischofs von Münster, eingeholt worden. Nach reiflicher Erwägung der Angelegenheit und nach Ergänzung der Zustimmung der an dieser Sache irgendwie rechtlich Interessierten bestimmen und verordnen Wir Grund Unserer höchsten und apostolischen Autorität folgendes:

Von dem Gebiet der Bistümer Köln, Paderborn und Münster trennen Wir folgende Städte ab: Bochum, Bottrop, Duisburg, Essen, Gelsenkirchen, Gladbeck, Lüdenscheid, Mülheim-Ruhr, Oberhausen, Wattenscheid, den Landkreis Altena und den Ennepe-Ruhr-Kreis, mit Ausnahme jedoch der Städte Herdecke und Wetter an der Ruhr. Aus diesen Gebieten errichten Wir eine neue Diözese, die nach der Stadt Essen das Bistum Essen genannt werden soll. In dieser Stadt soll der Bischof seinen Amts- und Wohnsitz haben; die Bischofskirche soll das zu Ehren des hl. Johannes des Täufers geweihte Gotteshaus sein, das vom Volk „Münsterkirche“ genannt wird. Der neue Essener Bischofsstuhl soll der Kölner Metropolitankirche als Suffragan angehören, und Wir übertragen ihm alle Rechte, Ehren und Privilegien, die sonst den Bischofssitzen gleichen Ranges verliehen zu werden pflegen. Auch legen Wir sowohl dem ersten Bischof, dem diese Diözese anvertraut wird, wie auch seinen Nachfolgern die Pflichten auf, die die erhabene Würde dieser Oberhirten mit sich bringt. Der Bischof möge mit großer Sorge und Umsicht ein Seminar zur Aufnahme und Erziehung von Knaben errichten, die sich zum Priesterberuf hingezogen fühlen; denn sie sind die Hoffnung der Kirche und sollen einst durch ihr Wirken den Menschen das Licht des Evangeliums aufleuchten lassen. Die Vorschriften des allgemeinen Rechtes und die Normen der Hl. Seminar- und Studienkongregation sind hierbei zu beachten. Auch soll ein Domkapitel gebildet werden. Wenn dies nicht sofort geschehen kann, mögen inzwischen Diözesankonsultoren ausgewählt werden, die dem Bischof bei den gottesdienstlichen Funktionen und bei der Beratung über die wichtigeren Angelegenheiten seines Bistums zur Seite stehen. Bezüglich der Diözesanregierung und -verwaltung sowie der Wahl eines Kapitularvikars bei Freiwerden des Bischofssitzes und ähnlicher Angelegenheiten sind die Vorschriften des kanonischen Rechtes zu befolgen. Jener Teil des Klerus der nach vollzogener Gebietsabtrennung in dem neuen Bistum seinen rechtmäßigen Wohnsitz hat, ist ihm als Diözesanklerus ad-

skribiert. Dokumente und Akten, die die Umschreibung der Essener Diözese betreffen, sind baldigst ihrer Bischöflichen Kurie zuzuleiten und sollen dort im Archiv sorgfältig aufbewahrt werden.

Den Ehrwürdigen Bruder Aloisius Muench oder den von ihm Delegierten beauftragen Wir, dafür Sorge zu tragen, dass die von Uns in diesem Schreiben festgelegten Bestimmungen zur Ausführung gelangen. Wir erteilen ihm die dazu erforderlichen Vollmachten, wobei Wir ihm besonders auferlegen, die Grenzen der neuen Diözese klar und deutlich festzulegen und dabei nach Möglichkeit natürlichen Gegebenheiten Rechnung zu tragen. Nach Erledigung dieses Auftrags möge er einen Bericht ausarbeiten und diesen zugleich mit einer genauen Beschreibung und kartographischen Darstellung des Diözesangebietes baldmöglichst der Hl. Konsistorial-Kongregation zusenden.

Es ist Unser Wille, dass diese Errichtungsurkunde jetzt und in Zukunft Wirksamkeit besitze. Was in ihr bestimmt worden ist, soll von denen, die es angeht, sorgfältig beachtet und in die Tat umgesetzt werden. Die Wirksamkeit dieser Urkunde soll durch keinerlei gegenteilige Bestimmungen, von welcher Art, auch immer, gehindert werden, da Wir sie durch diese Urkunde alle außer Kraft setzen. Wenn daher jemand, gleichgültig, welche Autorität er besitzen mag, bewusst oder unbewusst Unseren Anordnungen zuwider handeln sollte, so ist das als völlig ungültig und nichtig anzusehen. Auch soll es niemandem erlaubt sein, diese schriftliche Kundgabe Unseres Willens zu durchbrechen oder sonstwie zu zerstören. Vielmehr soll den gedruckten oder handgeschriebenen Exemplaren dieser Urkunde, die das Siegel eines kirchlichen Würdenträgers und die Unterschrift eines öffentlichen Notars tragen, derselbe Glaube entgegengebracht werden, als ob das Original vorgelegt würde.

Wer diese unsere Anordnungen verachtet oder ihnen irgendwie Abbruch tut, der möge wissen, dass er sich die Strafen zuziehen wird, die von Rechts wegen für diejenigen festgesetzt sind, die den Erlassen der Päpste nicht Folge leisten.